







Othon. Vzn.

nosse, sanè pars prima salutis. Quapropter apud Othonem Vanium Emblem. Amor. 89. quasi medicus & sanus, non infans Amor, morbum suum nosse, agro suadet Amori, dicens: Recipe, Nosce teipsum. In voluntate vulnerata, cognitio non est vulnus, sed medicaminis opportuna exhibitio, valetudinis perfectio: verum in intellectu, insanabilis fractura; pessima plaga; siquidem in toxicum cognoscitur medicina. Ex ignorantia prodit aegritudo cordis; à conscientia verò vulnera capitis: unde morbum suum nosse, multis fuit causa moriendi.

Ierem. 10. 14.

2 Stultus factus est omnis homo à scientia; asserit Ieremias. A scientia magistra, eruditionis forma, prudentiæ semita gignitur filia turpis stultitia? Gignitur. Cum in profundum venerit peccatorum, contemnit impius. Nox culpæ nocti indicat scientiam: & consultò summergit scientia iudicium; quia projicit stultus simul cum stulae lorum. Perditus homo (Hispanicè, *Hombre que no tiene que perder*) quia se ipsum scit, penitus nescit. Morbus est utique, morbum suum nosse. Liberet nos Deus potens à fronte perfricta, ore soluto, nudo capite; colubrina indole, lingua indeclinabili, Attico aspectu, oculis simiæ, ac canino baubatu. Unde Martialis lib. 12. Epigram. 54.

Quomodo stultitia à scientia

Mart.

*Crime ruber, niger ore, brevis pede, lumina lesus, Rem magnam prestas Zoile, si bonus es. Etenim in omnem aleam projicitur equus Scianus, apprime pessimus. Periculosa desperatio est. Venundatur peccator, ut faciat malum, & gratis venundatur; siquidem scelus prætermittit, quia non occurrit, Benedictum Deum & morere, dixit Uxor fauciato lobo. Ad desperationem inducit, & dira precari cogit. Miserum, ut sit miserum, impellit; ac in torturam mente facili torquet. Unde vel in pia femina cuiusmodi audacia? Rex domesticæ haud integrè, fortunarum iactura grandis. Omnibus bonis fors volubilis securim iniecit: tenebrum filiorum forem, filiarum cum ætate pulchritudinem florum, fortunæ improvisè decoxit. Illa premebatur doloribus: lobus scatebat vermicibus. Omnia (perculsa profert) perdidimus, & perimus. Quid interest quod nos perituros perdamus? Dæmonis vox, an femina reperculsa?*

Iob. 2. 9.

*Quam facili femina ad malum!*

Quam facili femina ad malum!

Chryf. Origin.

3 Dæmonis vox, ait Chrysothomus Homil. 3. in Iob, cum Origine lib. 2. Sanè. Etenim proprium dæmonis labantem impellere, & cespitantem annisè præcipitare. Perpende. Quasi una de stultis mulieribus (illi obijcitur & iurè) locuta es. Cur? Ad resillum confugiendum? Suspensum desiderat afflictio, sed re-

Ibid. v. 89.

probat ratio. Profectò cor in illa vocitar, Perij: & fatua, quasi non fatis, faves calamitati? Mulier, furor est, non virtus, ne moriar, mori. Periclitantem summergere, humanitas stolidi. Quasi una de stultis mulieribus elocuta: siquidem extrema fatuitas est, projicere in omnem aleam postum calamitatibus extra fortunam. Hæc si leva, sustinenda; non provocanda. Illud horæ quo ridebat, & illijs plenis manibus ardebat, intra mentem verba insana claudabantur. Vix facies alba convertitur, & infans? Laboras riu fortis, ignorantia malorum: modò pectoris angustia, & futura formidine furit cerebrum. Loqueris uxor fatua, docta à periculi scientia. Malum utique (ò femina!) & lethale, si medicina nocet.

4 Videas, non sine lachrymis multos, huc illicque cursantes, flagitijs illustres, qui per officia discursant, qui se, alioque inquietant; quibus si dicas (cum fatis insanierint, cum omnium limina quotidie perambulaverint, nec ullas apertas, imò clausas fores præterierint, cum per diversas domos meritorias salutationes circumtulerint) Quid hic stas toto die otiosi? Supercilliose, ac impudenter dicaculi respondent: Quid ad te? Paupertas urget. Non bene pro toto libertas venditur auro. Infirmatis. Aut finiet, aut finietur. Exoritur mais è malo malum. Animos ligant consortia damni. Vapulabitis. Si virge ruri, nobis terga domi. Exilium. Patria est, ubicumque bene est. Ubi bene? Per cunctas licet fraudes impune vagari. At iustitia? Mundus patet. Pius est, qui non est pius. Premet. Impunitatis genus est, iam non habere pena locum. Periculum fugæ? Nullum: cantabit vacuus coram latrone viator. Opinio? Phantasma est. Conscientia? Nati per nefas nullum putant nefas. Vita? Mortis habet vires, dum gemitibus trahitur. Verecundia? Eadem frons hic, & ubique patet. Melior fortuna respiciet. Fatua est: non roganda, nec querenda: sed ut veniat, amandanda. Qualis intuitus? Aut Casar, aut nihil. Respicite. Instandum, quantumvis in vitibus pro pisce egrediatuæ matris. Nec mors terret? Ultima salus, nullam sperare salutem. Sepulchrum. Facilis iactura: Cælo tegitur, qui non habet urnam. Nec ex his omnibus dolor? Præclarum utique ratiocinium! Non stet qui statur. Quid hoc? Morbum suum nosse. Hinc dolor, hinc lachrymæ, hic sensus & causa doloris. Diligentius enim vivit, cui aliquid integri superest: ait Seneca lib. 1. de Clement. cap. 22. Ideo S. Doctor & antesignanus N. Benedictus Reg. Sancti, cap. 27. ait: Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Abbas circa delinquentes fratres (fratres vocat, eisdè

de-

Coffilium femina præcepti.

Dissolutio lachrymabilis cisterne torum.

Seneca

S. Benj.

Modus curatio- nis solet esse medicina.

Genes. 2.

Luc. 16. 2.

Improbis quia proiectus projicitur.

Qui mu- nere va- cuus dis- dicitur desolatus.

delinquentes, de quo suo loco) & omni sagacitate, & industria curare: siquidem minime animæ medebitur; modò sagacitas cunctis medicamentis efficacius stultè prætermittatur. Est modus in rebus, & medicina modus. Vixit diligentius, qui cogitat aliquid integrum superesse. Si nihil cogitat, & dicit. Perij, peribit. Adhibeatur ergo pro medicamento sagacitas, ut pendatur & optetur integritas: igitur sese homo projiciet in omne ex abrupto flagitium, si se cogitat proiectum. Monstrum quoddam in cunabulis vocatur terra: etiam dissoluta & vacua. Aptè. Homines sunt per notam criminum huiusmodi monstra, quæ omninò dissoluta, si omninò vacua.

5 Male audit Villicus, qui incuria vel luxuria Domini sui disspaverat bona. Vocavit illum herus, vel heros (si dives heros dici poterat) & ait: Quid hoc audio de te? Prudenter se gelsit in iudicio Villici. Rusticum se vocat; & quia falsa poterat esse profusionis enunciatio, & licet vera, ne palam obijceretur confusio. Redde rationem villicationis tue, dicit: Iam enim non poteris villicare. Iam non: Te lumen visceribus hæsit. Nota Erotema. Quid faciam? Si sine villicatione nihil sum. Quid faciam? Purgationem expensæ maiore iactura & amplioribus expensis. Convocatis ergo singulis debitoribus, dicebat primo: Quantum debes? Centum cados olei? Sede, scribe citò quinquaginta. Deinde alij: Tu verò quantum debes? Centum coros tritici? Scribe octoginta. Dij te perdant scelerè! Sinciput tibi sanum non est. Despiss utique. Omnia ad extremum evertis. Debita minus? Syngraphum supponis? Solutio suppressis debitis, non habilior, sed debilior: non solutio, sed dissolutio: & dissolutione debita solvis? Extra se est. Emergere conatur ex instante periculo, & delirat oppressus iaculando sine scopo.

Inconsiderata pena dispensationis & potius everisionis creditarum fortunarum, condonat pro libito ( ut emerat ) æs alienum. Quænam ergo causa tanta prodigalitatæ & importunæ effusionis? Iam enim non poteris villicare. Si in munere Villicus detineretur, nec minimum exactor dimitteret: expellendus à creditis, pretiosa quaque posternit. Laborabat oppressiois ægritudine. Morbus fuit ægritudinem noscere. Iacitur alea auspiciatrice fortuna. Si canis iactus & talus supinus; haud interest perdere, quod interesse non potest: semper enim luctum: igitur levis iactura perdere perditum. Vacuus omnibus erat ab officio remotus ( hinc colligitur turbulentia, quorum auctoritas pender ab officio, & à fortuna ) & vecors labitur in ampliozem perditionem, quia perditus bonorum agnoverat

vacuitatem. Liber incedit, quia vacuus; & quia liber, dissolutus.

6 Perduellis Discipulus, ut Magistrum & Dominum proderet notiori infamia, surrexit à cæna. Bonus Dominus benignè respiciens, ut ludas erubesceret in proditione deprehensus, loquebatur intinè: nec tacebat pupilla oculi ( studiosi favoris specimen ) ut perditissimus in corde videret vivide perditionem. Hem! Haud profuit vivus sermo astutè surdo, nec speculum bonitatis pectori cæco. Quod facis, fac citius, dicit illi Dominus clara voce. Nox erat, & exivit. Lux fulgebat in cœnaculo. Lucem odit? Ergo male agit: etenim noctu offensurus facile, recedens à lumine. Ad cor perfidi loquebatur amabilis Dominus; nec respicit benignitate discipulus. Eac dicit, quod facis, & citò. Qua lege Domine? Perditum perdis? Neutiquam. Perditum signat; & fallaciam pectoris conspice, ipsi soli manifestat: dolentique permittit facere facinus; quoniam in respiciencia præcipitis & frustrâ terebat tempus. Apponebat iniquitatem super iniquitatem perditissimus hominum, cogitans summum flagitium. Contere brachium peccatoris & maligni, siquidem perit. Haud proclivè. Quia perit, peribit, Morbum tuum cognoscit: & quod facit, dimittitur in iacturam perficere; quia penè impossibile, cognoscentem se perditum revocare.

Clamabat Dominus, quousque cognovit Iudas se perditum ire. Considate Magister revocandum, ni perditus sese iudicare periturum: & spe decidit, dum Iudas agnovit. Iam societatem resciderat, iam tenebras legerat; quia nox in delicijs, & lumen ægris nocivum oculis. Consideravit acta, & desperavit restaurare perditæ: seque mente ætatis, & illufus in ruinam prosternit; quia non habebat ultra quod perdere possit. Ne facias, prius dicebat ovi erranti pastor bonus. Modò verò: Quod facis, fac, & citò perfice; quia sine spe vulnus immedicabile. Notus in cordis custodiam Satanae introitus. Clamat effectus: siquidem tantummodò Satanae consilium, inter caliginis & erroris barathrum, quibat suggerere; sed perdere, ne periret. Solummodo fur poterat funem addere furcæ, & maiore scelere vitia purgare: etenim amplexus est nefas intentum, ut cor cogitans exhiberet demoniacum.

7 Cor, Primogenitum vocat Scriptura, quia primò gignitur. Unde sicut Abraham, ita omnibus dicitur: Da mihi unigenitum filium tuum: uti notat N. Benedict. Hæc tunc in Schol. Cordis, lib. 2. lect. 19. & in Præfat. ad Psichomach. Prudentius cecinit.

Ioann. 13. 27.

Obstinatus difficile vocatur.

Dæmonis habit.

Hæc.

De.

Prud.

Docens ad aram cum litare quis velit, Quod dulce cordi est, quod pium, quod unicum Deo libenter offerendum credito.

Modò intende in obidionem Regis Moab, in muris sctilibus inclusi; & tragicum spectaculum, Barbaro dignum. Quod tecit Rex impius, gelsit & ludas. Iam omnia perdidit, quia populus Israel univêrsa vastaverat. Perditus confugit ad execrabile facinus: igitur super murum in holocaustum iugulavit primogenitum. Viso truci & nefando sacrificio, victores statim recesserunt ab eo. Ad manum victoriam milites habent, & fugiunt? Prudenter quidem. Sine spe victoriæ recedunt. Filium pignus pectoris, dimidium cordis, qui remaneret ex perditis, pater perdidit. Nihil prater habitus: & consulto gladius reconditur in vaginam; estò spectent fortunam largientem lauream; quia nihil prosperum ex contentione miles poterat expectare, cum Princeps non haberet, quod ultra possit amittere. Vigilanter Hispan. Iban a perder, en disputat con quien no tenia otra cosa que perder. Vel, De un hombre, que no tenia que perder, que podian, siendo ciegos, esperar. Perditus omnes perderet: misereque recedit, & prudenter, ne periret.

4. Reg. 3:7. Amantia est cum proicisa continere.

Quis Indas antequam Christi discipulus fuerit.

Dimittendus homo perditus, nullo pacto revocandus.

8 Ecce lamentabilis casus, & proiec-tionis signa: verum in Iuda lamentabilior tragedia. Occiso patre, matre coniuge, ad Christi scholam murum æreum, non hctilem confugit, & pro tempore latuit, univêrsi fontibus iniquitatis obturatis, & lignis succis. Cingebat Magister & Dominus Sabaoth gratiarum funibus pessimam indolem, & versutam demulcebat amore protervitatem, circumdatam à fundibularijs auxilijs, & validis inspirationum copijs. Sed quid? Iugulavit primogenitum cor post buccellam, & ab ingrediente Satana in dediticiam haram, dixit Magister militum: Quod facis, fac citius. Quid est hoc? Instrumenta deponere, & ab obidione propter insidias recedere. Pondus prælii mentia citavit cordis, & modò defecit? Uti que. Quod restabat amisit: & dimisit operam perditissimo; quia nihil expectare præter quibat ab homine vacuo. Recedat ergo, ne cæteros perdat, qui sibi non consulit, estò perditionem agnoscat. Recedat. Spes collocata erat in corde, quòd ultrò tradidit, ut periret, Satana. O miser! Quid perditus Satana traditus? Evanuit expugnatoris studium, dum vidit transfugam, & lucifugam, occiso in obsequium diaboli primogenito corde. Sese novit æreum, & cucurrit in laqueum. Perpende, Quod facis. Facit? Cogitat. Iam cogitaverat. Facit. Secum loquitur in corde, & de conventionem loquebatur cum demone.

Genuino sensu exponam. Quod facis, fac citius. Id est, ne facias. Quomodo sic? Christus agnoscebat indolem, & instruit arte opportuno medicamen. Voluntas Iudæ temper contra, quia in eius detestabili malitia, ut faceret secus, sufficiebat beneplaciti superioris cogitata. Pugnabat Domini benevolentia, & proditoris impudentis pervicacia: Discipuli malignitas, & Magistri sagacitas: qui arte dixit Fac, ne faceret; cum sufficeret cognitio divinæ voluntatis, ne perfereret. Ideo Paulus vocat Charitatem, Ingenium bonum. Vinceretur enim amoris arte, ni perditum se cogitaret, suadente demone: qui ita obcæcavit proditoris ingenium; ut operaretur & invitè, & volens contra propositum.

9 Eiusmodi homines possunt dici mundi pestis, & bonorum morum lues. Nunquamnon Tantalii lapide currunt, & aurum Toloslanum custodiunt. Flagitiosi despiciuntur, & eliminantur; donec à iustitia vel à morte coneruntur. Haud momentum sumum in eo quod perdit, sed quòd perituri. Ideo estò perdit, ambiunt officia: speculantur expectantes munera, non meritis, sed flagitijs. Infelici iactu (quia non semper cæca fors) iacitur rete ante oculos pennatorum. Deprehenduntur & desperant iurè magnitudinem criminum. Unde iterum se perdunt, non tantum quia vacui: sed quia exclusi: quoniam iudicant perdere, quicquid non possunt acquirere.

Distribuit Dominus servis talenta. Nobis igitur nullus census inerat, nisi ab illo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Superlucrati sunt, qui duo duo, qui quinque quinque: Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Quodnam emolumentum census sepulti? Unius autem talenti nomine, ut vidimus ex Gregorio Didasc. 2. num. 11. intellectus tantummodo designatur: & talentum perdere, ne periret talentum; indicat haberi intellectum sepultum. Sine talento profectò peribat servus, cum sepulto talento census nullus. Ideo dicitur de illo, Non habet: siquidem talentum peribat in terra, cum intervens nollet progredi ultrà. Habetur enim talentum & non habetur; quoniam gratis perditur, quod non acquiritur. Cur ergo ita pecunia otiosa, descendet servus à futura fortuna? Non indicavit fortunam adventuram, dum pratermisit: & quasi perditus futura neglexit, despiciens talentum intellectus traditum; quia nolebat incrementum: unde apèrte iudicatur perditus, dum census nullus; quippe homo necesse est, ut preat, ubi proiec-tus non cogitat, quid acquirat.

Semper eius voluntas contra divinam.

In quo præstat amoris ingenium 2 Cor. 8. 8.

Permitti, quia exclusi vacui.

Matthæ 25. 18.

Ibid. 7. 10. Peritit quod non acquiritur.

Spes

Barcel.

10 Spes lætatur ambitionem superborum impudentium, & cogitatio laxatur, ubi pudor amittitur. Multis (ait Ioann. Barclaus in Argenid, part. 4.) pondere criminum à spe veniæ exclusi, strenue aut mori, aut vincere placebat. Quod quidem prius Seneca in Medea, Act. 2. v. 136.

Senec.

Qui nihil potest sperare, desperet nihil. Vivere placebat dissolute, aut mori strenuè, seu potius miserè. Nomen bonum quasi vincula pravitatis, & fama exlittatur pondus irruptionis pectoris. Plerumque quos rapuit, vel impellit læta ratio, detinuit opinio. Proponitur, ac præponitur sæculi iudicium, sententia hominum, & non nefas; ne extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Væ soli: dixit Sapiens. Non solus, qui se probum exhibet, & famam diligit. Solus, qui improbus & ad quodlibet facinus emancipatus: ac Væ dicitur, quia solus; id est, quia perditus: etenim facile impellitur in perditionem, cum pudorem non habeat impulsionem cohibentem. Hi omnia conturbant, & perturbant, scrupulo cæspitant, capillo offendunt, tenaciter mordent, mordicis invident, opprobrium non sustinent, castigati, sed non mortificati; disipati, & non compuncti: quandoquidem confusio non operit ipsorum faciem, imò plaudendum confusionem. Exultant, & insultant litigiosi, ac ex vultu, risuque alieno peiora interpretantes, deprimunt & comprimunt innocentes. Impelluntur suspitionibus, pro lege abutuntur legibus, genij meditantis fraudibus. Demone intueor in his univêrsa tumultuantem, & in singulis sicut fulgur, Satanam de cælo cadentem.

Eccle. 4. 10.

Mori perditurum.

Psalms 126. 4.

Genebr.

Cur sagitta excelsi consertantur.

11 In hanc rem accinit Regius Pfaltes, Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excusorum. Id est filij expulsi, agitati, & exagitati, ut notat Gilb. Genebrardus hic. Nos, Homines perditos. Ergo expulsi, sicut sagittæ: quæ quidem nequeunt revocari, semel excussæ. Sagittæ. Perproprie. Currunt ad mala, non secus ac nervo impulsa sagitta. Sagitta: quæ vel otiosa, vel nociva, vel utrumque. Sagitta, & in manu potentis; quia qui deprehensus in iactu, ac lectu lethali, respondet quasi ridens, ludens feci. Sagitta, & in manu potentis: igitur iacit, ut sagittæ rectos corde. Spicula & calami (siquidem calami spicula) quos contorquet potens sine delectu, ex abrupto sine scopo iaculans, ac rem verberans, ubi fors tulerit, vel casus traxerit. Denique sagitta, quæ volat alieno brachio, alacritate impulsu, cum non inveniatur crimen sine patrone: & volant (Proh Superi!) cum debeant projici.

Adhuc altior sensus in proprietate & sagittæ conditione. Sicut sagitta. Perditos exc-

12 Claudius Cæsar Pastoris nobilis equitis filium, cum in custodia habuisset, duci protinus imperavit, rogante patre, ut salutem sibi filij concederet. Dirige mentis aciem in causam criminis. Offensus enim est Claudius puerili capillitio cultiore. Ne tamen omnia, ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 33. inhumanè faceret adversus patrem (quantum anguror inhumanus se gelsit) ad cenam illa nobis parentem comiter invitavit. Eandem calamitatem subiit, & crudeliorem Harpalus, Regis Persiæ familiaris & intimus, ut refert idem lib. 3. cap. 14. & 15. Ex quo Ravil. Text. in Officij. lib. 5. cap. 21. In opipara siquidem & lauta cena ex filijs conditum obsonium, atque ex visceribus patri apposuit concinnatum edulium. Lachrymas genitor tametsi cognovit, compressit, vocem suppressit, dolorem cohibuit, ac etiam placido vultu cenam laudavit. Sicut mirantur homines exempla crudelium, sic (par est enim) specimina fortium. Secutus est Harpalum, seu Harpagum ut Stoico N. placet, Pastor invitatus ad immane convivium. Propinavit Cæsar vini heminam, & posuit cœliodum. Pastor misere feliciter perduravit. Misit unguenta & coronas, sed vultus stabat placida integritas. Observare iussit, an fumeret. Sumpsit. Cœnavit tanquam pro filio, cum interim non lachrymas, non dolorem aliquo signo erumpere passus esset, ideoque acriora diriore convivitione perpeffus. Priamus haud compefcuit iram: Pastor proiecit & dextrè in pectoris fovream. Huius virtutis inquiris causam? Habebat alterum, respondit Seneca. Contempisset Romanus Pater, si sibi timuisset. Timebat alteri non solus erat. Si solus, præceptis rueret, & iacturam quaereret: ac se perditum perditus nescit; ne omnino periret. Horologii instar bili trepidabat calidè frigidum pectus; sed desuit palam index vividus motus, desuit singultus. Recumbebat statua viva & marmorea. Affectus gravabat viscera; & superfluitis genethlium convivium filij construxit convivio prorsus iterali, perditu pignoris suffocato dolore. Ignoravit lethali vulnere mori, & reliquò vixit; quia morbum suum nolle, multum fuit causa moriendi. Nequam plerumque, quibus nec res, neque spes domi est.

Claudij Imperatoris humanitas.

Senec.

Harpali, & Pastoris constantia. Text.

Convivitionis instar sine dolore maiorem præoccupat.

Ibid.

DI.

DIDASCALIA XIV.

Dat census honores.

Ovid. 1 Poëtarum Principe trita sententia lib. 1. *Esfior*. quam quidem & astruit experientia, & opportune taxat censura publica. Queruntur mortalia pectora quasi nimis gravata, dum quaruntur, secus si quarunt. Maximam utique discretionem cinnunt obiectis, & obsecrantes ubi se, suaque in amicis inquirunt homines. Commodum vocant amicitiam, & nudam dilectionem mercedem propriam. Arte tallunt, & corda falluntur: dolis mutuis cogitationes delectantur. Amor larvatus est: duas ansas habet: nequitque discernere, nec decernere simplex cor inter veram amoris utilitatem, & obliquam utilitatis amorem. *Ubi amici, ibi opes*: dicit Plautus in *Truculent*, Act. 1. *Scen. 2.* Sed ubi? Ibi ubi opes. Sententia invertitur, ac vertitur emolumenti cardinibus; siquidem fucio dilectionis qualitas demonstratur in opibus. Amicitia floret ibi, ubi probatur: utilitas ubi floret. Unde Seneca *Epist.* 20. *Quod tu (ait) beneficium tuo non potes scire, paupertate scies. Illa veros, certosque amicos retinebit: discedet quis quis non te, sed aliud sequetur. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod a quibus amaris ostenditur* Plautus quoque in *Trinummum*, Act. 1. *Scen. 2.* v. 54. *Sunt quos scio esse amicos: sunt quos suspicor: sunt quorum ingenia, atque animos non possum noscere*

Plaut. *Ad amici partem, an ad inimici perveniant.* Dignitas Arithmetici adinliar (si lubet, consule Pietium Valerian. lib. 37. cap. 1.) nnguntur amici ad tempus, & apte finguntur. Quapropter Plutarchus in *Apophtheg*, Orontem Artaxerxis generum dixisse perhibet: *Quemadmodum supputatorum digiti nunc myriadas, nunc unitates presenserunt; ita Regum amici nunc plurimum, nunc minimum.* Eadem enim nota digituli dicretis positionibus signat nihil & omnia, ima & summa. Pendende.

2 Sors volubilis graphicè obumbrat characteribus summam fastigij, & ambitur: postea verò & ab ipsa, notula (quæ dignitas) vertitur. Inverio paulatim vergit in averphonem, quæ indicat vividè pectoris frigiditatem: etenim circumspicitur forte misera solus, qui multis erat in dignitate vallatus. Si attollitur, circulus arte postponitur: prapponitur, dum amittitur. Circulus, seu ciphra utilitas est.

Piet. Valer. Plutar. Quæ legè amicitia fingitur in diversâ digitorâ positione

Nulla ergo erit in amicitia supputatione familiaritas, dum prapponitur in propositione utilitatis: quandoquidem in summa amicitie solus inteliciter numerabitur, eisdè mille circulis comiter multiplicetur.

Non imitantur cursum Lunæ (quæ prior radijs Solis minus habet luminis) sed materix primæ semper hiantis. Conditionem induunt impericæ entitatura, quasi signum conjunctionis imperfectæ: æquidem quibulibet temperatur formis, nunquam non claudicans, *Affer, offer*: imò nec de cognationis intinæ curat nexu, ob propriam utilitatem; igitur pro futura, conatur avide informantis destructionem. Quid quod det esse, si habet: Aliud desiderat: & nequit esse aliud sine alia forma. Commercium potius dixeris, quam amicitiam. Hac patiens est, benigna est, non æmulatur, non irritatur. Utilitas ambitiosa est, impatiens est, bonis infatur, omnia sperat, nihil sustinet, perperam agit; & cum illa intinior necessitudo semper excidit.

3 Igni apposite similis tallissimus huiusmodi amor. Sine materia languescit, & dilectio sopita somite, miserè vel flammis alget. Lampades eius lampades ignis, qui quidem omnia in se ipsum convertit. Ignis etiam emblema veri amoris; & modo speculens amicitia detestabilis: igitur cor ostendens amoris rusticam speciem; cuncta ut ignis convertit in proficuum luminis utilitatem. Præparantur ad nuptias sponsæ, & sine oleo flammatur somite præparantur: quibus ianua clauditur, quia lampades extinguuntur. Signum exponitur totofoia amicitia, & amatoris commodi: siquidem quæ concipitur in pectore familiaritas, sine oleo qualis apologatur fatuitas. *Heliotropij miraculum sape diximus* (ait Plinius lib. 22. cap. 9.) *cum Sole se circumagentis, etiam nubilo ate: tantus sideris amor est.* Nescitur amor floris circulo nubilo die. Etiam circumspicitur miraculum in amore: igitur mirum omni tempore lequi Solis labores, licet nubium intercedat eclipsis; cum nihil familiarius sit amico, amilla felicitate, quàm solus remanere nubilo tempore. Infortunata terra, eisdè pectus felicitanda post colitur culta. Quare? Eadem sine fructu est, sine censu genitricis; sed non eadem ad usum utilitatis: in pretio pretium est, dat census honores: & dicitur apte sola, quia fructibus, ac utilitate vacua.

4 Ab implacabili fanatico furore Saulis fugiens innocens David, consugit in Nobæ ad Achimelech: qui quidem videns dignum, Chilliarchatus splendore, & auctoritate iatellitij exauctoratum, oblatpuit clamans: *Quare tu solus & nullus est tecum?* Tu, & solus!

Amicitia summa in quo?

Cor fucata symbulum materis prima?

Et ignis?

Matth. 23. 8.

Plin. Heliotropij mirabilis erat

Genes. 1. 2.

1. Reg. 21. 1.

Quo-

Quomodo? Ita tu! De hac periodo fusiùs agemus Tom. 4. *Tautolog.* 4. Ad discutienda causa stuporis Sacerdotis in prapeti cursu, & fuga Davidis. Expavit. Quare? Quia solus? Voluitur perpetim in Principum aula felicitatis instabilis rota. Ecce premia ambitæ regum amicitia. Iacet vel dignus sub pondere rotæ. Finem habet exaltatio Dynastæ, quia meritis placuit: sed persecutio persister sine fine, quia merendo displicuit. O amentia expectantium clientum! Nequaquam ratio discernit, ubi affectio rivulos beneficentia distribuit. Dudùm saxa moventur, corde fatagente de folio, ubi dignè sedat: & modò exacerbata fortuna, cæca sorte, aversa pectore; nec tenebræ sartatecta, ubi congiat.

Quare tu solus? Nescit Achimelech articulum fucate sodalitatæ, quæ gratia commodi demonstrat gratiam. De Saulis erga Davidom digno favore Sacerdos cogitavit, haud aliter quam fecisset. Veritate tallitur: siquidem qui gratius, sepius procedebat honorifica pompa; è regia solus recedit, principis amilla gratia. Solus. Solus, quia nemo infelicis amicus: & dum videtur iacere, in portune cogitatur & Quare. Quæ obcausam ratio dicit? Faxò responderetur: *lact. Quare tu solus?* Sibi ipsi interrogatione respondit. Si solus, nullus erit in adversitate amicus. Aulici amico ægotant non assilunt, nisi gratia hereditatis. Recedunt procul, recedente favore. Vultures sunt, cadaver expectant: ni nanciscantur, vel si nanciscantur, avolant: & amicus fugit; quia fortis idem amicus cadaver fecerit.

5 Faciem immutat pietrix ingeniosa fortuna. Obiecta, quæ offendit in rotæ vertice, pulchra: quæ pulchra, subiecta apparent & monstra. Quid mirum quòd amici non cognoscant amicum? Horrent enim lumina monstrum. Expectabat Sacerdos videre in Davide splendorem & auctoratorem comitatus gratia splendoris; ac ut monstrum obstupuit videns deiectum turpiter à gratia Principis. Solus. Et addit: *Nullus est tecum. Quo pacto, cum multi essent tunc cum illo?* Respondet Tragicus apposite in *Hercule Octavo*, Act. 2. v. 602.

Nam rara fides ubi iam melior fortuna ruit. Tu quicumque es, qui sceptrum tenes, Licet omne tua vulgus in aula Centum pariter limina pulset, Cum tot populis stipatus es In tot populis vix una fides. Ideo David dicitur solus, & cum illo, tot affantibus, nullus amicus: siquidem si multi à Tom. I. Taut.

latere, nullus à corde: & qui procedit stipatus, sine amico in angustia remanet solus. Solus? Utique. Et multi, & nemo: etenim ibi affantes, non erant ibi, sed in proprio commodo.

6 Quia videbant signa, Magistrum sequebatur multitudo magna: qui quidem ingenio ductus, quia in mileros pronus, & allectus clementia, contulit beneficia & ultra vota. Regnum quod calcarat oblivio (quoniam de hoc mundo) propter beneficia offerre intendit dignaturam gratitudo: verum *Iesus, cum cognovisset, quia venturi essent, ut rapuerent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Ubi venturi? Nondum fugerat. Unde venturi, si aderant ibi? Non aderant. Et præsentis: Utique. Non sequebantur Dominum propter Dominum, sed Domini beneficium: quia videbant signa sequebantur: etenim sine signis nullo modo sequerentur. Sequi Dominum signabat amorem: propter signa, utilitatem: & non erat amicitia, quoniam speciem amoris sequebantur con moda. Qui amicum amicitia non sequitur, non connes vel in comitatu amici: & meditante qui præsentis, dicuntur venturi, postquam dignati; quippequam cum Christo non erant, licet aderant: & sanc venturi, qui non erant cum illo, sed in com modo. Aprius: non erant in illo, sed cum illo; quod non erat amicitia con cndatio. Erant cum illo, sed in propria utilitate. Amicus est amicus, dum est in corde: & qui affabant, venturi dicuntur; igitur qui iuxta erant, de longè propter com moda steterant.

Uterius. Cum cognovisset populi grati conatus, fugit iterum in montem ipse solus. Iterum solus: Ubi solus, ut sit iterum? In multitudine quantumcum propter beneficia, ubi eius rusticavit a unitentia. Solus ita? Solus. Solus est, qui non habet amicum: & non amicus, qui in amico quem sequitur, sequitur quantum. Solus est, cum quo nullus: & nullus com itabatur, eisdè nulti sequerentur. Sequebantur con moda propria, quique erant in multitudine magna. Solus erat, ubi nullus amicus: & in monte dicitur iterum solus; quoniam ita erat in monte, sicut fuerat in tanta multitudine.

7 Modò clarescit quàm nova admiratio Achimelech. Quare tu solus? dixit ad David. Quare solus? Quia nullus est tecum. Potest designare subleqas aliquos, sed non amicos. Detruncato Phillisthæo ingreditur urbem gloriosus athleta, communi tolemoni que plausu deducitur in regiam, & reductur ad propria. Gener, & Chilliarchus eligitur ab invido Rege, ut probarentur munia præstan-

Amici ad tempus, & multi & nullus.

Ioann. 6. 15.

Sepe in amico quaritur.

Iuxta sunt & longe.

Quo pa- so solitudo, & multitudine?



15 Denique. *Respice in nos*, ut gratia præfens evocet meritò futuras, profuturas tempore gratias. Ne inlar cameli flecti videaris nobis, donec accipias; *Respice in nos*. Respèctus in nostra, mundo inest: vestrorum despectus in nobis; quia gratiam pro gratia intendimus, dum vos in nos respicitis propter quæstus importunos. Homines propter homines aspiciamus, eisdè pauperes; non mensuratos fortunæ calamo, sed proximorum honore commendatio. Vos divites quaritis: seu potius divitias in homine, cum pauper, ut experiri, iaceat ubique. Pauper & claudus gemis. Speciem tantum respiciamus hominis; etenim ultrò extendimus manum; ut erigamus hominem ab omnibus destitutum. Congruum enim erit, ut in nos intente respicias; ne in nostra intendens, miserabilis iaceas. In pretio nobiscam pretium non est, sed argentum sine pretio: igitur turpissimus erit amicus, quem construit census.

16 Servator Noster Dominusque Iesus immortalitatis largitor, & hominum amor, postquam in trophæum inaudita victoriæ, pro memoria admirabilis triumphi, linteamina reliquerat in sepulchro, victor rediens de barchtho, ac tyrannum trudens vinculo; ut se conferret virtute divina gloriosum, in quem cruce referaverat paradysum; decrevit Ecclesiæ Militantis Petro credere claves, & curam tradere Domini gregis. Prius enim interrogavit ad Mare Tiberiadis de merito eligendi, ut collocaretur in folio aptus dignitati, dixitque Simoni: *Simon Ioannis diligit me?* Quorsum hæc? Diligit. At perpende in articulo electionis, *Me*. Quid si amat? Quem ergo, si Christus de se interrogat? Verba demonstrant charitatis specimen: si non te, quem modò potest diligeret? Dignitatem.

Ratio patet ex contextu & modo respondentis & interrogantis. Summa dignitas illo in articulo conferenda Petro, meritorum & voluntatis electoris suffragio: & tunc qui accepturus responderet aptè, *Amo te*: igitur ubi dignitas conferenda, voluntas in conferen-

Gratia  
estime-  
tur, ubi  
non illa,  
sed ami-  
cus dili-  
tur.

Amor  
verus be-  
nefacto-  
ris, non  
benefi-  
cij.  
Ioan. 21. 15.



# TAUTOLOGIA

## SECUNDA, FACIAMUS HOMINEM AD IMAGINEM, & similitudinem nostram, ET PRÆSIT

PISCIBUS MARIS, ET VOLATILIBUS COELI,  
& bestijs, omnique reptili, quod movetur.  
Gen. 1. vers. 26.

### EXPOSITIO LITERÆ.



Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatu eorum. Astra scilicet fixa cælo, pilces destinati talo, aves vito, pecora, arboris & reliqua toto. Astra cælo fixa sunt; ut super terrâ, vivæ sine sine luceret: cætera elemētis sparsa, ut varietate mundu pulcherrime venularent. *Diversa animalia* (ut ait D. Thom. in 2. Sent. Distinct. 15. q. 2. art. 2.) *ita ornatu, ut ex serm. elemētorum pertinet: scilicet, aves aeri, pisces aque, cætera terra.* Omnia propter hominem facta: deerat igitur propter quem omnia; & dicitur: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, omnique reptili, quod movetur in terra. Quod modò quasi consulendo dicit; vers. 27. asseritur implevisse: tubidit itaque, *Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum:* & ait: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animalibus, que moventur super terram.* Formatio (quæ tubintellegitur) hominis exprimitur signate cap. 2. v. 7. ubi, *Formavit igitur Dominus Deus hominem ac limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem.* Quod quidem testimonium erit Tautologia sublequentis argumentum. *Hæc prius Regem advenire oportebat* (inquit Philo ludæus de *Mundi Opificio*) *quam ei amicitium, & palatium, & quietus inagebat, essent præparata.* Luculentius Chrylottomus. *Hom. 8. in Gen. Quasi regem* (inquit) *in rebus terrenis præficturus, prius omnem hunc ornatu fabricavit, & sanam præficiendum hominem formavit, declarans factis ipsis, quanto honore animal hoc prosequatur.*

Conditis ergo cælo, & terra, ac decorè perpolitit, speciose inlertatis; hand aderat cælum novum, imò & nutui. Graphica hypotiposi, eisdè in pluribus cacutiens, articulum hunc cence obumbravit Ovidius lib. 1. *Metamorph. Fabul. 2.*

*Sidera cæperunt toto fulgere cælo:  
Næ regio foret illa suis animalibus orba,  
Astra tenent cæleste solum, formaque Deorum:  
Cesserunt nitidis habitanda piscibus undæ,  
Terra feras cepit, volucres agitabilis ær.  
Sanctius his animal, mentisque capaciæ alta  
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset:  
Natus homo est.*

2 Hanc celsitudinem nactus est homo, uti notat Iacobus Pontanus hic primò, quia animal sanctum: secundò, quòd mentis præstantissimæ compos: tertio, quòd cætera: animalium meritò princeps. Quapropter Cicero de *Univerf.* ait: *Homines Deorum immortalium quasi gentiles, omnium animalium tenent principatum.* Hoc quidem plenissimum tulle dominium in statu primæ felicitatis (et si in aves, necio quo ductus dubitet Oleaster) in concussum sanè apud PP. & Expositores: constat etiam pluribus Sacræ Paginæ testimonijs, infra videndis. Singula, ne de aliquo ambigatur, concinuit, & concinnavit expressè Psaltes Regius. *Omnia* (ait) *subiecisti sub pedibus eius: oves, & boves universas, insuper & pecora campi, volucres*

Ibid.  
Sine di-  
lectione  
propria  
asfrui-  
tur ami-  
cicia.

Ibid.  
v. 17a

Amor  
cognos-  
citur  
post be-  
neficiâ

Amici-  
tia mû-  
di, uti-  
listas dî-  
taxat

Petra

D. Thom.

Genes. 1a

Genes.

Deus prius

fecit digni-  
tatem, quâ

hominem.

Phil. 1. 27.

Excellentia

hominis.

Chrylolla

Ovid.

Iacob.

Pontan.

Omnium

præficta

Cicero.

Psal. 8. 1.

ca.